

IN NOMINE JESU!

DISPUTATIO THEOLOGICA
eaq; Elenctica 1/2.

De

PERFECTIONE S. SCRIP-
TURÆ;

Nec non ejusdem PERSPICUITATE,

DEI O. M. AUXILIO;

UT ET

*Venerandæ Theol. Facult. suffragio, in Regiâ Academiâ
Aboënsi Proponenda & examinanda*

P R Æ S I D E

ENEVALDO SVENON. Q. G. A.

S. S. Theol, Doct- & Prof. publico,

Facultatis ejusdem Decano, atq; Reg.

Alumnorum h. t. Inspectore.

R E S P O N D E N T E

BENEDICTO JUNANDRO, Smol. S.

R. M. Stip.

Jñ. Audit. Max. ad d. 12. Novemb: Anno

Христогоріас 1665.

A B O Æ;

Excusa à PETRO HANSONIO Acad. Typ.

V I R I S

Reverendo, Prudentiss. Spectatiss. atq; Humaniss.

Dn. M. LAURENTIO LINDELIO, celeberrimi civitatis Junecopensis Pastori meritissimo, nec non ejusdem districtus præposito dignissimo, ut ante præceptori fidelissimo, ita & nunc Mecæ-nati ac promotori indubitato certissimo quovis re-
verentiæ, honoris & obsequij titulo, æternum honorando.

Dn. ANDRÆ Merthen/ inclytæ Civitatis Abo-
ënsis negotiatori atq; civi primario, fautori & be-
nefactori, omni observantiæ zelo perpetuo prosequendo.

Dn. HENRICO BERTRAM Generosiss. Co-
mitis; Dn. Leonardi von Deben wittenberg; in Ri-
mito & Goinjocki &c. Redituum inspectori & præfecto
fidelissimo, ut promotori suo certissimo, ita nutritio li-
beralissimo, omnis honoris & obsequij cultu sæper colendo.

Dn. OLAO SIMONIS Galle, Prælustri Baro-
nis Dn. ERICI von der Linden Aulæ Magistro so-
lertissimo, conterraneo atq; Evergetæ optimo, ætatem
suspiciendo.

Dn. ERLANDO Sägerholt Arcis Aboënsis Lo-
gistæ industrio, sympatriotæ atq; fautori certissimo.

Dn. ELIÆ BERTRAM Prædicti Dn. Comitæ
Leonardi von Deben wittenberg; in Birkalå Redi-
tuum Exactori perfideli, fautori & amico venerando.

*Dissertationem hanc Theologicam; Elencticam, in Gratitude-
nis & officiosæ mentis signum, atq; debita observantiæ
documentum submissè & per officiosè dedicat & offert.*

R E S P O N D.

periere ex Testamento cum Veteri, 2. Paral. 9: 29.
 1. Par. c. ult, v. 29: 30. 1. Reg. 4: 32. conf. Matth. 2: 23.
 Tum Novo, ut Epistola ad Laodicenses ex col. 4:
 16. Epistola prima ad Cor. 1. Cor: 5: 9. *β.* Quoad
 post. 1. Quia Johannes nihil scripsit de Annunciatio-
 one, Nativitate, Circumcisione & Epiphaniâ Domi-
 ni 2. Quia aliàs non opus fuisset tot libris. *κ.* 1.
 Majorem p. scaterè vitiositate oppositionis disjun-
 ctæ, quia perfectio utriq; convenit, sed diversimo-
 dâ proportione: nam *totus canon* dicitur perfectus
 perfectione totali & completâ, quatenus nil deest
 eorum, quæ ad integri canonis constitutionem re-
 quiruntur: *singuli a.* libri sunt perfecti perfectione
 sibi propriâ & partiali, quâ eis nil deest eorum
 quæ ad integritatem singulorum ex intentione Sp.
 S. dictantis & hominis scribentis desiderantur: quæ
 perfectio licet sit respectivè incompleta, est tñ. ve-
 ra; adest n. entitas interna & in suâ specie absq; de-
 fectu ita absoluta, ut esse debebat: Johannes igitur
 quia Deitatem Christi contra Ebionem & Cerinthum
 ex professo asserere in suo Evangelio decrevit, eâ
 Nativitatis ejus & aliarum rerum descriptione con-
 tentus erat, quæ à reliquis Evangelistis erat concin-
 nata. Et ita de cæteris Bellarmino responderi potest.
 Quocirca etiam solet distingui inter perfectionem
Extensivam & *Intensivam*; illa est quâ uni libro pro-
 pria ac peculiaris quædam perfectio esse statuitur, in al-
 tero formalitèr non contenta, unde totus canon plura
 continet dogmata quàm singuli libri: *hec* est, quâ
 ex unâ perfectione formali & alteri superadditâ, e-
 minenter illam non continente, novus & major ac

quasi intensior perfectionis gradus resultat. II. Ad Minorem: I. In *Genere*; libri isti aut non sunt verè perdit, sed adhuc, quamvis sub alijs titulis *salvi*: Nostrates n. affirmant librum Nathanis, in 2. Sam. Librum Bellorum & justorum, in Reg. & Chron. Carmina Salomonis, in Sap. & Prov. contineri &c. Aut sunt verè amissi, sed pro Canonicis aut planè non recepti, aut recepti quidem ad tempus tantum, sed neq; sic scripturæ præsentis perfectionem tollent α . quia canonis perfectio non in numerosâ librorum (physicorum, historicorum) quantitate, sed in dogmatum fidei integrâ asservatione consistit β . Quia totum, cujus partes quædam avulsæ sunt, amittit quantitatem solum prædicamentalem seu molis, non verò transcendentalem seu virtutis ac perfectionis γ . Sufficit præsentis facere ad *διδασκαλίαν, ἔλεγχον, ἐπανόρθωσιν καὶ παιδείαν* 2. Tim. 3: 16. 2. *in specie*: præter ea quæ de historicis dixi, ad locum Matth. 2: 23. *Nazaræus vocabitur*, breviter respondeo, quod Christus sit denominatus vel voce *Neser* cum *dsain* i. e. segregatus, propter pontificatum ut & pulchram convenientiam cum Simsone Nazaræo jud. 13: 5. vel *Neser* furculus, cum Tsade, quippe quæ in titulo crucis Christi adeoq; Judæorum appellatione quâ Christum nuncupabant, inventa erat: scopus n. Matthæi fuit demonstrare Messiam etiam ex prædicto loco educationis, ut quod Esaias c. II: 1. ægnimaticè vaticinatus est, ipse claro eventu confirmaret. Conf. B. Chemnit. Harm. Evang. L. I. p. 268.

De Epistolâ ad Laodicenses dico, eam respicere Paulum, aut ut *objectum*, ad quem scripta fuerit à

Laodi-

Laodicensibus, idq; cum juxta textum *ἐκ λαοδικείας*, tum calculū Chrysoſtomi, Theodoretī & aliorum: aut ut *causam Eff.* verum ne hanc quidem opinionem ſententiæ pontificiorum patrocinari demonſtrat B. Dn. D. Baldv. in Epist. ad Col. c. 4. q. 8. Quinimō, referente Hieronymo, à quibusdam legitur, ſed ab omnibus exploditur, porrò: Epistola illa tertia ad Corinthios, vel hæc ipſa prima eſt in quâ allegatur juxta Chryſ. & Theophylactum; vel poſterior ad Theſ. ut ex collatione c. 3; 6. & 14. colligitur, quæ dicti quoq; ſcripta ad Corinthios poteſt ob communitatem uſus, quia ex inſtituto Pauli Epistola ad unam ſcripta Eccleſiam, cœteris erat communis, 1. Theſ. 5: 27. quæ igitur probationis loco affert Bellarminus ex his jam dictis facilè diluuntur. *Instant* nonnulli ex B. Luth. in ſerm. conviv. de ſufficienti orthodoxiâ unius Johannis; & in aſſert. art. 37. ubi ait ſe credere purgatorium eſſi è ſcripturis probari non poſſit. *ꝛ.* ad prius *α.* ſermones convivales ipſe per omnia non approbavit, ne dicam, vidit. *β.* jta eſt ſufficiens Joh. Evangelium ad fidem, quemadmodum una guttula ſanguinis Chriſti ad redemptionem; ut n. hic ſufficit non ratione *decreti divini*: ſic n. oportebat Chriſtum pati Luc. 24. ſed ratione dignitatis perſonæ, erat n. ſanguis Filij Dei 1. Joh. 1. jta illud nō reſpectu intentionis div. ſuffecit, quia plures libros ſcribi voluit, ſed reſpectu eminentiæ, eſt enim hic Evangeliſta tanquam reliquorum aquila *γ.* Aliud item eſt loqui de perfectione comparatè, aliud abſolutè. *ꝛ.* Ad poſt. *α.* Poſitâ, non conſeſſâ hæc Luth. opinione, quippè cujus ſententia de purgatorio lip-

pis & tonsoribus nota est, distingue inter Lutheri reformationem inchoatam & consummatam, resp. illius jubet ipse sua scripta legi cum magnâ miseratione; distingue ergò tempora & concordabit scriptura. β . Mutatur $\sigma\chi\eta\mu\alpha\ \lambda\acute{\epsilon}\xi\epsilon\omega\varsigma$, jocatur suo more Lutherus, & ita se credere purgatorium fatetur, ut Thomam Aquinatem esse sanctum.

II. Si multa ab Ecclesiâ creduntur, quæ ad fidem sunt necessaria, & tamen in scripturâ nō comprehenduntur, tum Scriptura S. est imperfecta & non omnia ad salutem pertinentia continet. At verum prius. E. posterio.

Majore prop. prætergressi Minorem probare nituntur inductione exemplorum: Non n. fieri mentionem in scripturis opinantur 1. De medio quo fœminæ in V. T. salvatæ sunt 2. De medio quo infantes in V. T. ante 8: diem mortui, salvati sunt. 3. De descensu Christi ad inferos. 4. De perpetuâ Mariæ virginitate. 5. De celebratione paschæ die Dominico. 6. De pædobaptismo. 7. De non rebaptizandis qui baptizati sunt ab Hæreticis. 8. De simultaneâ processione Sp. S. à Patre & Filio. 9. De peccato originis. 10. De salute profelytorum. 11. De dogmate canonis. $\kappa\epsilon$. I. Limitando prop. Majorem, veram sc eandem esse de Fide salvificâ adeoq; comprehensione articulorum Fidei non solum $\kappa\alpha\tau\grave{\alpha}\ \lambda\acute{\epsilon}\xi\iota\upsilon$, sed & $\kappa\alpha\tau\grave{\alpha}\ \delta\iota\acute{\alpha}\nu\omicron\iota\alpha\upsilon$; si n. aliquid salutariè credendum est, quod neutro horum modorum in S. Scripturâ comprehenditur, tum foret dictâ ratione imperfecta 2. Sub hâc limitatione negando

propo-

DE SCRIPTURÆ SACRÆ PERFECT. 77
propositionem Minorem 3. Respondendo ad singula probationis membra, & quidem ad

1. *a.* Quod licet medium salutis fœminarum in V. T. non fuerit *μυσικόν*, videlicet circumcisio, fuit tamen *ἰλασικόν*, Gen. 3: 15. idq; tum *δοτικόν* Gen. 12: 3. c. 18: 18. c. 22: 17. tum *ληπτικόν*, 1. Pet. 3: 4. Heb. 11: 31. *β.* dist. inter Circumcis. *actum* & *fructum*, illo licet caruerunt fœmellæ, non tñ. hoc: promissio fœderis n. de Messiâ, quem fide expectabant, ut & virtus sacrificiorum utriq; sexui communis erat.

2. Fidelium infantes in V. T. natos & ante circumcisionis diem 8. denatos, fide fuisse justificatos eodem jure probamus, quo credimus piorum infantes ante baptismum vel in utero vel statim post natiuitatem internâ & occultâ Sp. S. efficacîâ regenerari & saluari, juxta canonem: non privatio, sed contemptus damnat. Conf. Act. 15: 11.

3. Descensus Christi ad inferos realis (factus non ut inde patres educeret ê Limbo, ut falsô somniant pontificij, sed ut de satanâ & potestate tenebrarum excellentèr & in sumô gradu triumpharet) probatur ê sede propriâ 1. Pet. 3: 18: 19. Ubi per *Φουλακὴν* tartarus intelligitur, per *ἐκλήρυξεν* præconium legale ac judiciale: item ex Eph. 4: 9. ubi oppositio summi & infimi, intelligitur non *Geometricè*, sed *Mysticè* & *theologicè*, videlicet non ratione distantîæ à polis mundi, sed ratione absentîæ à Centro gloriæ & beatitudinis cœlestis. Confer meam Synops. Theol. ejusq; Diss. XXX. de inferno. p. 234 seqq.

4. De perpetuâ Mariæ virginitate dico, eam *a.* pertinere ad objecta fidei saltèm historica. *β.* probari

posse *διανοητικῶς* ex Esa. 7: 14. Ezech. 44: 2. Matth. 1: 25. Conf. testim. Basilij. γ. posito quòd scriptura virginitatis ejus perpetuitatem non asseret, à silentio tn. scripturæ ad rei negationem N. V. C. sc. extra res ad salutem pertinentes.

5. Ad consuetudinem celebrandi paschatos die Dominico dist. inter diei festi sanctificationem *absolutam* & *restrictam* seu determinatam ad præcisum diem, illa est necessaria, hæc adiaphoristica Col. 2: 16. Conf. Hist. Eccl. Socr. Libr. 5: c. 22. unde cum olim Apostolis scopus non fuit de diebus festis II. ponere, ortâ postmodum de hâc re in Ecclesiâ controversiâ, Polycarpus & Victor ita eam voluere decidere, ut quisq; Ecclesiæ suæ morem receptum sequeretur, indecorum esse statuentes *τῶν ἑθῶν ἐνεκα* schismata permittere: solummodò *Quartadecumanis* remonstrârunt decorum ex eo, quod Christus die Dominico resurrexit. Conf. Gymnasium meum, ejusq; Disp. XIV. de Ling. Syr. prop. 15. de Sabb. p. 259. seqq.

6. Pædobaptismum probari posse & *κατὰ τὸ ἔθρον* & *κατὰ τὴν διάνοιαν* ex Gen. 17: 7. Jol. 3: 5. 6. Matth. 18: 10. Mar. 10: 14. Act. 2: 39. c. 16: 15. 1. Cor. 1: 16. β. Bellarminum ipsum sibi & socijs opponendo, qui L. 1, c. 8. de Bapt. tria argumenta pro pædobaptismi confirmatione profert.

7. De non iterando baptismo eorum qui ab Hæreticis sunt baptizati notetur, quod quidam hæreticorum baptismi substantialia retineant, quidam verò eadem impugnant, E. g. loco aquæ aliud quidpiam usurpantes, Trinitatis mysterium negantes, in nomine S. trinitatis baptismū non administrantes &c.

quas

quales possunt esse vel *Clandestini*, quando sc. minister occultè hæresin fovet baptismo contrariam, non ipsa Ecclesia; vel *Manifesti*, quando unâ cum Ministro tota Ecclesia hæresin istam fovet. Horū posteriorum baptismus est irritus, priorum verò ratus, Eph. 4: 5. Rom. 3: 3.

8. Simultaneam processionem Spiritus S. à Patre & Filio in scripturis luculentè describi constat, Esa. II: 4. Job. 33: 4. Gal. 4: 6. 2. Thes. 2: 8. Joh. 15: 26. c. 16: 15. Quocirca obiter nota, quod *missio* habeat duplicem respectum, *α.* Ad terminum *à quo*, & in divinis est non per imperium, nec consilium, sed per originem seu processionem, *β.* Ad terminum *ad quem*, in quo prius vel non erat, quomodo angeli & homines mittuntur; vel erat, sed novo adessendi modo ibi esse incipit, quo pacto una persona divinaliam mittit. In hac controversiâ Ecclesia orientalis negans, affirmanti occidentali succumbit.

9. Existentia peccati originis, præterquam quod arguitur ab effectu, omninò in scripturis comparet, Psal. 51: 7. Job. 14: 4. Rom. 5: 12. Eph. 2: 3. &c.

10. Salutem profelytorum non nisi fide in Christum fuisse consummatam patet, Num. 9: 14. c. 15: 15. Act. 10: 43. Heb. II: 31.

11. De dogmate Canonis sentiendum est, illud pro diverso respectu esse fidei tum salvificæ, tum historicæ, *illius* prout est veritatis regula perpetua, quæ in ipsa scripturâ S. continetur Joh. 17: 17. *Hujus*, prout catalogus sacrorum scriptorum ab Ecclesia est concinnatus, quo respectu Canon est res necessaria non per se quidem, sed quia supposititios libros

libros quosdam finxerunt Hæretici, quibus introducendis in Ecclesiam si abstinuissent, canone opus non fuisset,

III. S. SCRIPTURÆ PERSPICUITATEM

Oppugnare satagunt Bellarm. L. 3. De V. D. c. 1. Eckius in Enchiridio p. 78. seq. Canisius, Costerus & alij Pontificij Doctores his armis: 1. Dicitis Scripturæ, qualia sunt: 1. Psal. 119: 18. Revela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. v. 34: da mihi intellectum & scrutabor legem tuam. v. 124. justificationes tuas doce me. Unde Hieronymum citat Bellarm. ad Paulinum Epist. 13. de instit. Monachi sic scribentem: Si tantus propheta tenebras ignorantia confitetur, quâ nos putas parvulos & penè lactentes inscitia nocte circumdari? Forma.

1. Si Scriptura S. non esset obscura, tantus propheta Deo non supplicâisset pro revelatione & illuminatione eandem intelligendi; at supplicavit. E. scriptura S. est obscura.

R. 1. Negando connexionem prop. Majoris; loquiturn. David illic non præcipuè de externâ verborum intelligentiâ, sed de internâ potius fidei *πληροφορία*, sine quâ illa fuisset inutilis 2. Nemo nostrum dicit tam apertam esse scripturam, ut non sit opus orare Deum, quô nos suam legem, voluntatem, verbumq; suû doceat. 3. Ad Min. p. David orat ut magis magisq; in divinâ notitiâ crescat & proficiat, quem & nos imitari oportet, non n. sufficit verbum nôsse, literas aut historiam; sed persuasio quoq; requiritur. 4. Perspicuitas igitur illa salutaris obvia est non impijs, hypocritis, hæreticis, lippis & luscis lectoribus, sed pijs, sinceris

DE SCRIPTURÆ SACRÆ PERSPICUIT. 81
sinceris, cordatis, candidis & oculatis supplicibusq;
oratoribus.

β. Luc 24: 27, *Interpretatus est eis omnes scripturas, factō initio à Mose, &c.* At Discipuli, quippe Hebræi, non erant phrasis textus ignari, nec superbi, nec infideles, & tamen indigebant explicatione, &c. Forma Syllogismi talis esse potest:

II. Si Christus interpretatus est scripturas Discipulis suis, concluditur scripturam nō esse adeo perspicuam; At verum prius. E. posterius.

β. 1. Negando consequentiam Maj. prop. & ad ejus probationem, quā Bellarminus affirmat discipulos intellexisse phrasas hebraicas & sensum Grammaticum, - & tamen indiguisse interpretatione à Christo, regerendo, quod omninò qui Grammaticam intelligunt, opus habeant etiā cognitione Theologiæ, ut melius h. e. salutaritè intelligant. 2. Ideo locus est cōmentarijs, & interpretationibus bonorū Theologorum, quia tota scriptura ipsis est plana & perspicua. 3. Ad min: prop. fuisse discipulos stupore quodam percussos, ac eo tempore magno timore oppressos, adeoq; tardos & ineptos ad aliquid intelligendum, ut non mirum sit eos sine interprete scripturas eo momento non potuisse intelligere.

III. Quæcunq; scriptura eget interpretatione, ea est obscura; At Scriptura S. eget interpretatione. E. Scriptura S. est obscura.

Major exinde videtur fidem mereri, quia quæ clara & perspicua sunt, illustratione interpretationis

non egent. Minorem Bellarminus probare conatur ex verbis Camerarij ad Philippum: *Quomodo possum intelligere, nisi aliquis ostenderit mihi?* Act. 8: 31. R. 1. Esse fallaciam à dicto secundum quid? &c. Major n. prop. non est vera ἀπλῶς: neq; enim nos simpliciter intellectum volumus, quando scripturam perspicuam, claram & lucidam vocamus, sed sub conditione & præsuppositis requirendis: præquirimus n. media ad intelligendum scripturam idonea & necessaria: qualia sunt, devota precatio, præconceptæ opinionis rejectio, lectio, auscultatio, attentio, meditatio, antecedentium & consequentium collatio, verborum singulorum consideratio, dictorum parallelorum comparatio, interpretum evolutio, Doctorum, Pastorum ac verbi ministrorum explicatio &c. 2. Esse Elenchum ὁμωνυμίας in vocabulo *obscuri*, per quod si intelligatur non vulgare, sed singulare genus dicendi, vaticum, figuratum, ab intellectu humano, quâ tali & non illuminato, incomprehensibile & absconditum, imo stultum, 1. cor. 2: 14. quoad multos S. Scripturæ apices, adversarijs, majoris prop. consequentiam possumus concedere; sin v. pro eo assumatur, quod careat propriâ & intrinsecâ, & opus habeat adventitiâ luce, Scripturam S. esse obscuram ἀποτόμως nego, & simul maj. propositionem hoc sensu expositam: quæcunq; scriptura in multis eget interpretatione, ea in omnibus clausulis obscura est, pariter ac precisè nego. 3. Damnamus igitur hanc pontificiorum thesin: *Non esse S. Scripturam adeò perspicuam, ut ex illâ quæ ad salutem æternam consequendam requiruntur, absq; Ecclesie e-*

iusdemq;

*jusdemq; doctorum, patrum & conciliorum commentationibus
 & additamentis, iuste recteq; adipisci valeamus. 4. Hanc v.
 thesin orthodoxam esse dicimus & serio amplectimur: Omnes
 articuli Fidei scitu ad salutem necessarij, si non ubiq;, tamen
 alicubi tam clarè in S. Scripturâ sunt propositi, ut quod
 credendum, quaq; religio & doctrina vera sit, satis inde per-
 cipi atq; cognosci queat, si modo lector vel auditor, media
 ad intelligendum idonea non neglexerit. Conferantur dicta
 scripturæ, annotata in meâ Synopsi Theol: Disp. II.
 de S. Sacrà p. 15. loquentia de scripturæ similitudi-
 ne cum Luce, lumine, lucifero & lucernâ, &c: 5.
 Ad Minorem prop. dist. æ. inter interpretationem
domesticam, quâ Scripturam per Scripturam, exem-
 plo Christi & Apostolorum, imò patrum, inter-
 pretamur, de quâ vera est minor prop. & *Alienam*
seu adventitiam, quâ Scriptura humanis inventis &
 commentis, sæpè interpolatur & corrumpitur, quem-
 admodum à pontificijs, qui frustrâ colunt Chri-
 stum, docentes mandata hominum, Matth. 15: 9. β.
 inter necessitatem interp. domesticam *absolutam*, de quâ
 minor prop: nonnunquam falsa est, & *expeditivam*, qua-
 rum pro qualitate auditorum, alterutrâ opus est. E. g.
 priori, necesse habuit Philippus interpretari locum
 Ef. 53. de Christo coram Eunuchò hac vicè, ut eum con-
 verteret, nam etsi fuerit ille homo pius & Scriptu-
 ræ studiosus, ut ex Hier. Ep. ad Paul. Bellarminus
 probare contendit, vix tamen eâ horâ credidisset,
 baptizatus, fidelis & sanctus factus fuisset, imò Ma-
 gister de discipulo, nisi Philippus ei adfuisset: pro-
 prio Marte n. si interpretationem illam invenisset,
 longiori ad suam conversionem morâ opus habuisset.*

Posteriori egemus quotidie in Academia & Ecclesia, ubi docentur non plane rudes. 6. Dicimus igitur non omnia statim esse manifesta in scripturis & facilia, adeo, ut à quovis intelligi possint, sed quæ primò obscura & difficilia videntur, ea affirmamus postea facilia reddi, si nimirum quis assiduus in lectione fuerit & mentem piam ac puram attulerit. 7. Taceo per plurima illa subsidia, quibus egent interpretes hodie, cognitione linguarum orient. Philosophiæ, historiarum &c. Quamvis taceo, etiam fuisse tempus, cum Ecclesia libros biblicos absq; commentariis legit & intellexit. Conf. exemplum Berhoënsium, Act. 17.

IV. Quodcumq; est intellectu difficile, est obscurum. At Scriptura Sacra est intellectu difficilis, E. est obscura.

Major videtur esse plausibilis. Minorem proptatunare laborant Adversarij ex. 2. Pet: 3: 16. ubi D. Petrus ait, *in Epistolis Paulinis esse quadam intellectu difficilia, qua indocti & instabiles depravant.* R. 1. Fallere varijs modis etiam hoc argumentum, a. Plus infert Jesuita in concl. quam erat in præmissis: Petrus dicit quadam in Epistolis Pauli esse intellectu difficilia; Bellarminus concludit. E. Tota Scriptura est obscura. ß. Rursus est æquivoca vox obscuritatis, est n. aliud obscurum ratione sui ipsius, aliud resp. nostri obscurati & tenebras secum ferentis intellectus. priori modo, falsa est prop. maj. Psal: 119: 105, *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Psal: 29: 9, *Præceptum Iehovæ purum, illuminans oculos.* Prov: 6: 23, *lex lux.* conf. 2. Pet. 1: 19. Deut. 30: 11. Posteriori

DE SCRIPTURÆ SACRÆ PERSPICUIT. 87
 riori ratione Majorem concedo, & κ . 2. ad min.
 prop. & ejus probationem, latere ibi $\sigma\phi\iota\sigma\mu\alpha\ \pi\alpha\rho\alpha$
 $\tau\omicron\ \kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\tau\iota\ \kappa\alpha\iota\ \acute{\alpha}\pi\lambda\omega\varsigma$ & simul, $\tau\epsilon\sigma\sigma\mu\beta\epsilon\beta\eta\kappa\omicron\tau\omicron\varsigma$: Non
 n. Divus Petrus *absolutè* dicit, ut nugatur Cardinalis, in
 Epistolis Pauli quædam esse difficilia intellectu, sed
 de difficultate illâ loquitur *restrictivè*, voce $\sigma\rho\epsilon\beta\lambda\epsilon\sigma\iota$,
 ostendens illa per se non esse difficilia, sed ex de-
 pravatione demum indoctorum talia evadere. 3.
 Esse $\acute{\alpha}\gamma\upsilon\omicron\iota\alpha\nu\ \tau\epsilon\ \acute{\epsilon}\lambda\acute{\epsilon}\gamma\chi\eta$; Apostolus Petrus directè
 non agit de Paulinis Epistolis, sed quibusdam rebus
 inutilib9 in ijs comprehensis, quarum paulò ante fecit
 mentionem, ut de fine mundi, conflagratione hu-
 jus universi, novo cælo & novâ terrâ, de quibus
 $\acute{\epsilon}\mu\pi\alpha\iota\tau\alpha\iota, \acute{\alpha}\mu\alpha\theta\epsilon\iota\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \acute{\alpha}\sigma\eta\gamma\iota\kappa\omicron\tau\omicron\iota$ multa fictitia sunt
 commenti; quare stylum sic informat, ut non di-
 cat $\acute{\epsilon}\nu\ \acute{\alpha}\iota\omega\ \sigma\kappa. \acute{\epsilon}\pi\iota\sigma\omicron\lambda\acute{\alpha}\iota\varsigma$, sed $\acute{\epsilon}\nu\ \omicron\iota\varsigma\ \sigma\kappa.$ capitibus, de
 quibus paulo ante locutus erat. 4. Non quæritur,
 quid scriptura per accidens & vitio hominum fiat
 (si maximè sermo sit de Pauli Epistolis) sed quid
 per se sit. *Instant* Adversarij & obijciunt α . prolata
 dicta Scripturæ loqui de verbo prædicato, non
 scripto. β . licet David & Petrus unâ de verbo scri-
 pto loquantur, tamen id lucidum vocari non pro-
 pter solam literam, sed ob literam & sensum simul,
 nempe quando fuerit intellectum. γ . Dicta illa
 intelligenda esse, tantum de dominicis præceptis,
 non de universâ scripturâ. κ . ad 1: A diversitate mo-
 di, ad diversitatem Rei, N. V. C. verbum scriptū
 igitur quia non differt substantiâ, sed modo saltem,
 à prædicato, cum sint ejusdem naturæ, earundemq;
 affectionum, sequitur utrumq; esse clarum, perspi-

cuum atq; lucidum. Ad 2. Non quæritur de scripturâ *intellectâ*, quia sic etiam amphiboliæ, adagia & ænigmata sunt clarissima, sed *intelligendâ*, quo respectu nuncupatur non solum *Φῶς*, sed etiam *Φωτισμός*, 2. cor. 4: 4. h. e. medium, per quod nos Deus illuminat; ideoq; *David* preceptum Jehovæ lucidum esse causatur, quia sapientiam affert parvulis & oculos illuminat. Et *Petrus* loquitur *περὶ λέξης φάνοτος ἐν ἀρχηγῶ τόπω*. Ad 3. Petitur principium, *David* n. & *Petrus* Psal. 119: 2. Pet: 1. de verbo Dei in genere loquuntur & toto prophetico sermone. Psal. 19. & Prov. 6. verò, voce *legis*, non solus decalogus intelligitur, sed tota doctrina Prophetica, Rom. 3: 21. Thorah. n. hæbræorum designat totam doctrinam revelatam, imò ipsum Evangelium, Psal. 119: 29, Nisi lex tua solatium meum fuisset. &c. Hoc verum esse, fateri cogitur Bellarm. l. 3. de v. D. C. 2. col: 165. Excipit *ibid.* Bellarm. adv. Deut. 30: 11. *Hoc preceptum quod præcipio tibi hodiè non est occultum neq; remotum à te &c.* dicendo α. Plurimos veterum hunc locum intellexisse, non de facilitate intelligendi scripturas, sed implendi mandata decalogi. β. Quòd si maxime intelligatur de facilitate cognitionis, non tamen id statuendum esse de scripturâ in universum, que tunc ad huc nulla fortasse erat, exceptis præceptis decalogi, que cum sint naturalia, facilimè intelliguntur. γ. Ad α. Esto, facilia impletu esse Dei Mandata, tum multò faciliùs poterunt intelligi: plus n. est præstare quàm intelligere, & nemo potest præstare, quod non intelligit. Sed sanè legis impletionem peccatoribus nobis impossibilem esse, & Prophetæ & Apostoli &

orthodoxi patres, unanimiter docuere, quinimò Christus impossibilitatem illam legisperito Luc. 10: opulento juveni Math. 19. & alibi multoties demonstravit, unde elegantè ait Philip. Mel. in Apol. A. C. p. 177: *Ideò exhibitus est Christus, quia legem non possumus facere.* Ad β . Dico Mosen per præcepta Domini, non intelligere sola præcepta decalogi, etenim se de tota voluntate Dei loqui ipsemet evidentè innuit, attestante omni exceptione superiore Paulo, Rom. 10: 5. seqq. Adhæc v. 14. ait Moses: *propinquum valde est tibi verbum in ore tuo.* Quale verbum erat etiam hoc: *semen mulieris conteret caput serpentis.* Gen. 3:15.

II. Dictis Patrum, qualia sunt seqq. à Bellarm: d. l. introducta:

I. Jrenæus lib. 2. cont. hæres. c. 47. pag. mihi 118. ait: *In scripturis, quædam cognoscimus, quædam Deo commendamus.* Unde potest fieri argumentum tale:

Si in Scripturis, quædam cognoscimus, quædam non cognoscimus, sed Deo commendamus; tum tota Scriptura non est perspicua, sed in quibusdam obscura. At verum prius, teste jrenæo. E. verum posterius.

Æ. 1. Fallere adversariū dicto *κατὰ τὴν*, Maj. n. prop. nō est ἀπλῶς vera, nil namq; aliud ex illo dicto deduci potest, quam scripturam in quibusdam locis, respectu nostri intellectus esse planiorem, in quibusdam abstrusiozem propter mysteria, quod ultrò cōcedimus. 2. Ignorari Elenchum: cum n. ostendisset *Irenæus* multa esse etiam in creaturis ipsis obscura & difficilia, ut de origine Nili, avibus verno tempore præsen-

præsensibus, fugientibus autumnis, fluxu & refluxu
 oceani &c. ad extremum aggreditur Scripturas Sa-
 cras, *similiter*, inquit, *in scripturis quaedam cognoscimus*,
 &c. Ubi nequaquam contendit beatus pater, la-
 tere rem ipsam, sed modum rei, unde respondeo
 3. Ab ignorantia modi, ad ignorantiam rei N.
 V. C. fateamur n. multa in S. Script: esse tradita,
 quæ nemo unquam in hac infirmitate quoad omnia
 perfectè assecutus est, iuxta id Rom. II. 33. *ὡς ἀνεξέ-
 γεινητα τὰ κρίματα αὐτῶ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ
 αὐτῶ*. E. g. scimus & cognoscimus è verbo Christi
 & Apostolorum, quod corpus Christi sit præsens in
 S. cœnâ, ubicunq; illa iuxta instit: Christi celebratur,
 sed quomodo unum corpus tam multis, tamq; perpluri-
 mis in locis existentibus, sine diminutione fiat cõ-
 municabile, credimus, sed non iam intelligimus.
 Sic Christus Joh. 3. veritatem Regenerationis deducit
 non ab intellectu nostro, qui etiam in rebus na-
 turalibus fallit, sed à verbo suo, quod credentibus
 per se est lux, infidelibus v. tenebræ, quorum De-
 us hujus seculi excœcavit mentes, 2. Cor. 4: 4.

II. *Origenes* Homil. 12. in exod. f. m. 15. affirmat etiam
*preces die & nocte fundendas esse, ut veniat agnus de tri-
 bu Juda, & aperiat nobis librum signatum. jtem Lib. 7. cont.*
Celsus ait: Scripturam in multis locis esse obscuram. For-
 ma Syll.

In quo dogmate non erravit Origenes, in
 eo non errat Ecclesia Romana. At Orige-
 nes non erravit vocando scripturam obscurâ.
 E. Ecclesia Rom. nō errat, vocando scriptu-
 ram obscuram. Resp.

Ad

'Politissimum Respondentem',

DN. BENEDICTUM JUNANDRUM,
Smolandum, conterraneum & amicū
dilectum :

Magna fuisse jovis conjunx Saturnia JUNO
Fingitur atq; simul sic eademq; soror;
Ast Arctiq; Christo conjungier ipse JUNANDER
Optat ES esse virum se pietate bonum:
Diligit illa etenim sponsi sponsoria verba
Sponsa venusta sui, quæ cupit esse proba.
Diligis ecce tuum sponsorem Sympatriota,
Quum tantū facias verba salutifera:
Diducis latè quàm sint illa inviolata,
Teq; corona, scias, intemerata manet.

L. Mq;

P R Æ S E S.

Literis moribusq; Ornatissimo Dn. RESPONDENTE

Quam pulchrum illud veterum: Scire tuum
nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter, Sci-
licet negligentia nomen assumit ista diligentia,
quæ nunquam sese in publico explicat. Ergo
merito industriam tuam hætenus privatam
nunc

nunc publicè proferas. Demonstras hoc ipso non te otij mancipium, nec ad studia segnem, sed masculam prolem esse. Et herclè quàm insigne illud, quod ex cælesti disciplinâ universam sapiendi regulam normamq; accerfes. Ibi enim veræ demum sapientiæ thesauri recluduntur. Indè virtutis ac pietatis certissimæ formulæ derivantur. Cætera humanæ eruditionis pars talis est. ut Scholæ in infinitum se de Veritate vexent. Proindè quum semel sacræ disciplinæ nomen tuum dedisti: sit constans illud bonæ mentis propositum, quod provida melioris facti sollicitudo suppeditârat. Senties præmia inter homines, & mercedem in cælo longè maximam. Ego quoq; ut porrò felicia hæcce auspicia cum patriæ commodo, insigni Tuorum gaudio, ac proprio nominis honestamento, ritè in conspectum dare possis; votis optimum illum sollicitare non desinam.

L. *Mg. reliquit*

MAGNUS Baaz.

